

Heu! genitorem, omnis cura casusque levamen,
 710 Amitto Anchisen. Hic me, pater optima, fessum
 Defertis, heu! tantis nequicquam crepte periculis.
 Nec vates Helenus, cum Jovem horrenda moneret,
 Hos mihi prædixit ludus, non dira Celano.
 Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.
 715 Hinc me digestum vestris Deus appulit oris.
 Sic pater Æneas, intentis omnibus unus,
 Fata renarrabat Divum, cursuque docebat.
 Conticiit tandem, factoque hic sine quievit.

heu! amitto patrem Anchisen, solatium omnium curarum & casuum. Hic me defertis, & pater optime, heu, frustra seroate a tantis periculis. Nec vates Helenus, cum prænunderet opera plurima, mihi prædixerat hunc dolorem, neque ipsa Celano. Hic fuit ipsi extremum malum, hic terminus longæ navigationis. Hinc me profectum Dii applicerunt ad vestra litora. Sic pater Æneas, solus omnibus attentis, narrabat fata a Divi sibi imposita, & referebat errores suos. Denique placit, & hic postea sine accessit ad quietem.

N O T Æ.

quid rudiorum simplicitati, plebeis usus & notis urbium nominibus. Sic *Megaridem* & *Tasium* passus est ab Ænea commemorari: quamvis eadem prope, ac *Syracuse*, ætate essent. Sic ad *Camarinæ* urbis casum alludit: quamvis annis centum ac triginta recentior *Syraculis*, & *Syraculanorum* colonia esset. Sic *Gelam* urbem laudat, annis post *Syracusas* quadraginta quinque conditam a *Cretenibus* & *Rhodiis*. *Agrigentum* quoque, *Gelenium* opus; & *Selinuntium*, *Megarensum* Siculorum. Quæ temporum ratio partim ex *Strabone*, partim ex *Thucydide* certissima est.

710. *Amitto Anchisen.*) Verno tempore ut patebit. Æ. 5. 46. cum anniversarios patri ludos celebrabit. De *Anchisa* Æ. 1. 623. De *Heleno*, Æn. 2. 263. De *Celano* & *Harpyiis* supra 211.

715. *Hinc me digestum* &c.) E *Drepani* portu in viciniam *Italianam* solvens, tempestate ad litus *Africæ* relictus est, ut videmus Æ. 1. Ique contigit, ætate post *Troiam* excedit septima, ut est Æn. 1. 759. Ita per totos annos sex jam errando consumpsit. Quamquam vix constat hæc tam longi temporis ratio: nisi dicatur per unum alterumve annum in *Thracia*, itaque in *Creta* perstitisse ad condendas urbes: neque enim videtur aliis in locis moram fecisse, nisi brevem.

P. VIRGILII MARONIS
 ÆNEIDOS
 LIBER IV.

ARGUMENTUM.

DIDO amoris in Æneam suos *Anne* sorori aperit, ejusque consilio animum adjicit ad nuptias. Juno, ut Æneam ab Italia deducat, agit cum *Veneris* de conciliandi inter utrumque nuptiis. Æneas ac Dido venatum abeunt, subortisque Junonis aribus tempestat, confu-

fugiunt in antrum: ibidemque falsum illud insaufumque conjugium pericitur, *Iarbas*, *Cetulorum rex*, *Jovis Ammonis filius*, *Didonis proci*, advenam sibi præserti indignans, apud *Jovem* graviter queritur. *Jupiter*, & ejus precibus, & satis jam urgentibus adductus, *Mercurium* ad Æneam mittit, qui cum abire in *Italianam* jubat. Parat clam Æneas omnia ad navigationem necessaria: quod suspicata *Dido*, precibus & lacrymis deterrere eum ab incepto, tum per se, tum per sororem conatur. Æneas iterum a *Mercurio* in somniatione sacri magici pyræ descendens, ipso Ænea gladio sibi vitam admittit.

Unas hinc libri omnibus plurimum artis habet ac suavitate, motusque animi præsertim quosque ac violentissimos: præsertim in ordo *Didonis* orationibus, quibus *T. Sorori* amorem aperit, v. 9. II. Dissuadet Æneæ professionem, v. 305. III. Eidem multa exprobrat, & multa comminatur, v. 365. IV. Sororem adhibet apud Æneam conciliatricem, v. 416. V. Desperatis omnibus, specie sacri magici, moriendi consilium sorori dissimulat, v. 478. VI. Secum ipsa noctu varia consilia agit, v. 534. VII. Fugientium *Trojanorum* aspectu extremum fuit, v. 590. VIII. Strigo ense sibi imminens in verba novissima erumpit, v. 651. Accusant *Virgilium* aliqui, quod ex *Argon. Apollonii* lib. 4. multa decerpserit: quod damnat *Scalegis*: neque convenit argumentum, nisi hoc uno, quod hospitem hic *Dido*, illic *Medea* suam amant. At nihil admodum, præter comparationes pauculas, inde excerptum est: qualia etiam nonnulla ex *Calypso* & *Ulyssi* amariis *Odyss.* l. 5. tum ex *Euripidis Medea* & *Hippolyto*, & *Catulli* carmine de *Pelei* nuptiis excerpta sunt.

N O T Æ.

De ætate, familia, moribus *Didonis*, locus hic est diligendus; quæ tria constat esse a *Virgilio* parum expressa fideliter.

I. DE ÆTATE. Male *Virgilius* Æneam *Didoni* æqualem fecit, cum sit hæc illotribus propemodum æqualem recentior: quam temporis æquationem non *anachronismum* appellant. At *super Marollus* hæc *Virgilium* culpa liberare conatus est ex fide fabulosa historiz, atque in ejus familie gradibus hunc ordinem statuit: ut caput sit generis, I. *Inachus*, II. *Io*, ejus filia, III. *Ex ea* & *Jove Epaphus*, IV. *Ex Epapho Belas senior*, V. *Ex Belo* teniore *Agenor*, VI. *Ex Agenore Phœnix, Cadmus, Europa* &c. Per quos familia multas in partes divisa est. Et ex *Phœnice* quidem ortus putatur I. *Belas junior*, sive *Belobas*, & *Pylæones*. II. *Ex Belo*, *Pygmalion*, *Elia* sive *Dido*, & *Anna*. *Ex Phlœone Acerbas*, qui *Sichæus* & *Sichæus* dicitur, confobrinus & conjux *Didonis*: hique triplici tantum gradu ad *Agenore* distit. *Cypus* ex altero filio *Cadmo* prodiit, I. *Polydorus*, II. *Ex Polydoro Labdacus*, III. *Ex Labdaco Laius*, IV. *Ex Laio Oedipus*, V. *Ex Oedipo Polynices* & *Eteocles*. VI. *Ex Polynice Thebanus*, qui in equo *Trojano* cum aliis *Græcorum* ducibus inclusus dicitur. Cætera familie membra gradibus non attingo. Ex his autem ipsis, quæ profert *Marollus* in rem suam manifestum est *Didonem*, si non prætergressa est, annis centum & pluribus *Trojanum* esse exitum antegressam. Qui enim fiat, ut *Dido*, quæ tribus tantum gradibus distat a capite generis *Agenoris*, cadit in extremum *Ilis Thebanis*, qui totis septem gradibus ab eodem capite distat? Quod vero addit *Marollus*, alioque esse omisso in serie *Didonis* gra-

du, injuria temporum aut scriptorum, inde sit id ipsum quod volumus: nempe & incertum esse temporum illorum scriptorumque fidem; & statui omnino non posse, quot omisit gradus: an quatuor, ut ad *Trojana* tempora *Dido* perducere possit: an plures, ut si superis placet, etiam ad *Romana*.

Romoli a fabulis ad historiam appellamus: constat *Didonem*, *Troja* multo posteriori, *Roma* paulo funeriori esse, et in intervalla illa temporum alii aliis majora desiniant. Quippe a *Carthagine* condita ad *Romam* conditam numerantur a *Vellejo* anni 65, a *Trogo* & *Justino* 72. Colliguntur ex *Epitome* quinquagesima prima *T. Livii* 92. ex *Solino* 129. ex aliis apud *Eusebium* 120. Statuantur ab exactissimis ætatis nostræ chronographis, imbricantur *Labbeo*, quoniam, quia rem ad versus *Marollium* accurate defendit, fecit minus, anni omnino 132. Cum autem ex *Porcii Caronis* exactissimis calculis apud *Dionysium Halicarnasum*, *Roma* distet ab exitu *Trojano* annis 432, quos reducit *Labbeus* ad 431. hinc facile patebit subduciis numeris, quanta sit ab illo exitu distantia *Didonis* & *Carthaginis*: nempe juxta nos annorum 296. juxta veteres, aut plurium aut paulo pauciorum. Atque hæc omnia nituntur gravissimo *Josephi* testimonio, qui l. 1. contra *Appionem* seriem describit *Tyriorum* regum & pluribus *Trojanum* esse exitum antegressam. Qui enim fiat, ut *Dido*, quæ tribus tantum gradibus distat a capite generis *Agenoris*, cadit in extremum *Ilis Thebanis*, qui totis septem gradibus ab eodem capite distat? Quod vero addit *Marollus*, alioque esse omisso in serie *Didonis* gra-

fundatam fuisse a Xoro & Carchedone Phœnicibus Carthaginem, annis ante excidium Trojæ 30. Et in Virgilio Æn. 1. v. 425. legamus de Carthagine: *Miratur molem Æneas, magalia quondam.* Tum v. 370. *Ingentia ceres mania, surgentemque novæ Carthagini arcem; Mercatque solum facti de nomine Byrsam.* &c. Ex iis colligi posse existimo, Carthaginis quidem *magalia*, casaque & in ita quedam, annis ante excidium Trojæ 30. a Phœnicibus Xoro & Carchedone polita esse. Tum annis ab excidio Trojæ 276. fugisse Didonem & Phœnicia: eoque fugam intendisse, ubi multis ante annis aliquos & Phœnicibus sedem posuisse audiverat; hanc sedem avertis & patria opibus munivisse; & ad magalia adjectisse arcem, quæ inde *Byrsa* dicta est, a *Byrsa*, voce Hebraica, quæ *munium locum* significat: quam deinde vocem Græci, ob similitudinem, fabulis de *corio* suo bubulo deformarunt. Est enim apud Græcos *Bovæ corium*. Sic arce munita vetus Carthago, nova facta est, concurrente cum antiquo fundatoris nomine Phœnicia voce *Carthago* quæ juxta Solinum c. 20. *ciuitatem novam* significat. Atque ita Carthago peritæa est anno post fugam Didonis 20. Pygmalionis 27. a Troja capta 296. ante Romanam 135. ante Christum 888. mundi 2166.

II. DE FAMILLIA. A Josepho, ex certissimis monumentis Tyriorum, pater ponitur Didonis, Annæ, & Pygmalionis *Mezzinus*: qui vocatur a Teophylo Antiocheno *Mezzinus*: avus *Badræorum*: proavus *Ithobalus*, saceris in literis *Ethiops* nuncupatus: qui occiso rege *Phelo*, regnum in familiam transfussit suam, ex antiqua *Alibali*, *Hiram*, & *Balesarij* familia.

Ex his consilio Virgilio historice Phœnicia parum scientem, ut Didonem retro ad usque Trojæ tempora removeret, & Græcorum fabulis antiqua nomina petiisse; vel, si Phœnicium literas attigeret, nomen asperitæ deterruim, ea mollioribus clementis leniisse. Sic *Bel* nomen & patri Didonis, & uni ex ejus majoribus dedit: haud dubie detruncatum ex

Abibalo, *Balesario*, *Ithobalo*. Tum *Aerban*, seu *Sicbarban*, in *Sicbarum* molliovit. Servius *Mithrem* suum, quem ipsum esse Belum putat Didonis patrem, ex *Mezzino* seu *Mezzene*, prius Didonis patre, deformavit. Porro *Anna*, *Elisa*, & *Dido*, Phœnicum vocabula sunt. Anna enim est, *gratiosa*: *Elisa*, *fortitudo viri*, seu *virago*: *Dido*, *dilectio*. Dubium autem est, utrum huic reginæ nomen prius inditum fuerit. Si consuluntur interpretes, prius nomen *Elisa*: si vocis significatio, Didonis prius fuit: & ex facti audacia, *Elisa* posterius.

III. DE MORIBUS. Graviter quidem querentem de Virgilio Didonem inducit Aufonius Epig. 111. quod eam impudici amoris impatientia ac dolore mortem oppetiisse cecinerit, contra fidem historia: quæ rogum eam concessisse testatur, ne datam Sichæo primo conjugi fidem, novis cum Jarba Gerulizæ rege nuptiis violaret. Atque ea quidem in re peccasse graviter Virgilium puto, si peccavit, quam in illa mutatione temporum.

Strato itaque scientem ac volentem in hunc utrumque errorem lapsam esse Virgilium: eo consilio, ut Punicis bellis, quibus nihil erat in historia Romana illustrius, in poemate etiam suo locum daret; mutique inter utramque gentem odium causam aliquam assereret. Quæ tamen in re non eum puto a poetice legis recessisse. Quamquam enim per eas cautum est, ne poeta temporum ordinem temere intervartat, in re nota præsertim atque insigni, tum ne quem nisi suis moribus coloribusque depingat: lex tamen est omnium prima, placere. Quod si alicui speravit posse Virgilius apud suos, illa deformatione temporum atque norum (& verum assecutus est) omnino poetæ maximi partes implevit. Est autem certe assecutus, siquidem Ovidius paulo post hos Didonis amores transferre non dubitavit in Met. lib. 14. 77. idemque testatur, Trist. 2. 1. 335.

Nec legitur pars ulla magis de corpore toto, Quam non legitimo fœdere junctus amor.

A T Regina gravi jamdudum saucia cura,
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

INTERPRETATIO.

Regina autem, jamdiu vulnerata gravi sollicitudinis, fovet plagam in venis, & absumentur excussio igne.

NOTE.

1. *At Regina.* Pendet hoc initium ex ultimo libri terti verba: *Æneas contigit tandem, saucioque hic sine quaeritis. At Regina*, ex quo ipsum audivit, amore saucia non quievit, &c.

2. *Vulnus alit,* &c. Hic videtur Amor solito habitu depingit: cæcus, sagittis & face armatus: sagittis vulnus inrullit, face ignem accendit, cæcus cæco igne carpit.

3. *Mul-*

Multa viri virtus animo, multusque recurat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus,
Verbaque: nec placidam membris dat cura quietem.
Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram;
Cum sic unanimes alloquitur male sana forem:
Anna soror, quæ me suspensam infomnia terrent?
Quis sese hoc ferens? quam forti pectore & armis!
Credo equidem, nec vana fides, genus esse Deorum.
Degeneres animos timor arguit. Heu quibus ille
Jactatus fatis! quæ bella exhausta cæbebant!
Si mihi non animo fixum immotumque federet,
Ne cui me vinclo vellem sociare jugali,
Postquam primus amor deceptam morte sefellit:
Si non pertasum thalami tædæque fuisset,
Huic uni forsitan potui succumbere culpæ.
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sichæi
Conjugis, & sparfos fraterna cæde Penates,
Solut hic inflexit sensus, animumque labentem
Impulsi: agnosco veteris vestigia flammæ.

Sed

Multa virtutes Æneæ, & multa gloria generis redit in mentem: vultus ejus & sermo hærent impressi animo, & hæc cura non permittit tranquillam quietem corpori. Postera Aurora illustrabat terras luce Solis, & expulerat e celo humidas tenebras; cum sic male sana loquitur ad concordem sororem: Anna soror, quæ infomnia terrent me dubiam? quis hic novus hospes venit in regionem nostram? qualem se specie exhibens? quem generis animus & factus? Certe credo hunc esse prolem Deorum, nec temere credo: metus prodit animos ignobilis & immutabile id propositum, ut nolui me ulli conjugere per ævum conjugalem, ex quo primus amor sefellit me deceptam morte Sichæi, si non hæderet me lecti & facti, forsasse possem cadere in hoc solum delictum. Non fatebor, Anna, post mortem misera mariti Sichæi, & Deos inflexit cæde a fratre facta, solus Æneæ moribus sensus meos, & impulsi animum: qualitantem animadverto signa veteris amoris.

NOTE.

1. *Multa viri virtus,* &c. Quatuor amoris causæ. Virtus: multa viri virtus. Nobilitas: gentis honos. Pulchritudo: infixi pectore vultus. Eloquentia; verbaque. Quæ eandem causas iterum enumerat v. 10.
6. *Phœbea lampade.* Tapinosis, sive rei magnæ expositio humilior, Solis; per lampada: similis huic, quæ mare appellat *phœbem*, Æn. 3. 122. In eo, cuius est dicere *phœbem*, aut etiam *nona* reddebant lampade vitam, pro *nona die*.
9. *Anna soror, quæ me,* &c. Oratio plane ad ejus ingenium conformata, quæ primum & severis moribus ad amorem deflectit. Quatuor habet partes. I. Admiratur Æneæ pulchritudinem, virtutem, nobilitatem, res præclare gestas. II. Proponit sibi causas: quæ ab ejus amore animum avertant: nempe: viduitatis propositum, primi conjugii calamitates, voluptatum fastidium. III. *Fatebor enim,* &c. Denique alicentiam ab amore voluntatem eternam sibi pollicetur. Quod tamen propositum invito animo fieri solentur effusæ in sinum lacrymæ.
10. *Infomnia,* (*insomnia*, ea quæ in somnis apparent, somnia, simulacra) Primo nupserat Sichæo, qui a Pygmalione Didonis fratre occisus fuerat, Æn. 1. 347.
18. *Tædæque.* Facis e tæda arbore & picæarum genere, pro nuptiis sumitur; quia præferbatur novæ uxori, in mari domum deducenda. De illo more nuptialis, Eccl. 8. 29. *Lucret.* 1. 6. 1296. *Aut etiam nona* reddebant lampade vitam, pro *nona die*.
21. *Penates.* Vel pro domo sumuntur: vel potius pro Diis ipsi domesticis: nam Æn. 1. 257. occisus est Sichæus ante arca. De *Penatibus*, Æn. 2. 717. *Fraterna cæde*. Non quæ frater occisus est, sed quæ vir Sichæus a Didonis fratre Pygmalione, Tyri reges, occisus est.
23. *Veteris vestigia flammæ.* Sensus duplex esse potest. Primum obvis, *Agnosco vestigia* veteris

Sed mihi vel tellus opem prius ima dehiscat,
 25 Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
 Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
 Ante pudor, quam te violò, aut tua jura resolvo.
 Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores
 Absulit: ille habeat secum, servetque sepulcro.
 30 Sic effata, sinum lacrymis implevit obortis,
 Anna refert: O luce magis dilecta forori,
 Solane perpetua mœrens carpere juvenata?
 Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
 Id cinerem, aut maas credis curare sepultos?
 35 Esto: egram nulli quondam flexerat mariti;
 Non Libyæ, non ante Tyro: despectus larbas,
 Duoresque alii, quos Africa terra triumphis
 Divex ait: placitõe etiam pugnaabis amori?
 Nec venit in mentem quorum confederis arvis?

Hinc

Sed cupio, ut vel terra intima mihi ante aperitur, vel pater omnipotens fulmine demittat me ad umbras, pallidas umbras inferorum & noctem profundam, antequam te ledam, o pudicitia, & frangam tua jura. Ut Sicheus, qui me primus sociavit, absulit, meos amores: ille habeat eos secum, & servet in sepulchro. Sic locuta implevit gremium lacrymis circumspicitur. Anna respondit: O luce magis dilecta forori, quam vita, an sola conjugiis dolens per totam juvenentem? nec experieris jucundos liberos, nec dona Veneris? Putas cinerem aut umbras sepulchri ad curare? Ita fit: nulli proci antea commoverat dolentem cor; nec in Libyæ, nec prius Tyri: contentius est a te Erbar, aliquo dices, quos regio Africana abundans victoribus patri: an etiam resistes gyato amori? Nec venit tibi in mentem, quorum in agris confideris?

NOTÆ

veteris amoris in Sicheum, qui me ab Æneæ amore detinet. Secundus abstulit, at convencionem est: Agnolo vestigia conjugalis amoris. quo primum dicit in Sicheum, nunc iterum in Æneam feror. De Erebo, pro inferis, Georg. 4. 471.
 27. Ante pudor, quam, &c. Redundat illud ante. Sic enim est, tellus prius ima dehiscat, ante, pudor, quam te violò. Sic apud Sallustium in Catilina. Priusquam legiones scriberentur, multa ante capere.
 30. Volo... resolvo.) Hæc est antiqua lectio, quam Apronianus & MSS. plurimi confirmant; cum vulgo legatur volent, resoluam.
 31. O luce magis dilecta, &c.) Anna oratio, animum eo, suo propositum videt, scite impellens. Duas habet partes. I. Persuadet nuptias r. a delectabili, ut ajunt: cui addit posthabendam esse memoriam Sichei, cum nullus inflicti sensus mortuis: posthabendum quoque propositum viduitatis, quæ ideo tantum chara fuit, quia nullus procorum charior. 2. Ab utili: ad defensionem & gloriam novæ urbis ac gentis, cui hanc a Diis opem præstitam putat. H. Modum assignat perfidicini consilii, sacrificia, moram hospitii, &c.
 32. Mœrens carpere juvenata. Translatio est a floribus, qui carpuntur manu, atque ita detior reserunt, quasi dicat: Solane tota juvenata tristis consummeris ac defloresces?
 36. Libyæ.) Aliquando pro tota Africa

sumitur: hic pro parte Africæ, quæ Ægyptua proxime attingit. Georg. 1. 242. De Tyro, Æn. 1. 16.
 Non Libyæ, non ante Tyro.) Aliqui nulla interpositione, continuo ordine, sic loquunt: Non Libyæ, non ante Tyro despectus Larbas: ut sensus sit, Jarbam & in Libyæ despectum fuisse a Didone, & prius Tyri. Sed cum nulla auctoritate conficit Didonem, ante adventum in Libyam, ab Jarba petitam fuisse, utor interpositione solertiorum interpretum, unde sensum istum elicio. Didonem, ut in Libyæ, sic Tyri multos depexisse procos. Nec vero mirum est Libyæ didum esse pro in Libyæ; & Tyro, hinc in Tyro, pro Tyri; siquidem dixit Cicero, Siche cum eodem; & in Alexandria: pro, in Sicilia, & Alexandria.
 Larbas: pro, in Sicilia, & Alexandria.
 Larbas.) Jovis & Garamantidis Nymphæ filius, aut Maurusorum, aut Masitanorum, aut Gerulorum, foetatur totius Africæ litoris rex: cum dicatur deinde v. 198. filius Ammonis Jovis, qui est in extrema orientali parte, juxta Ægyptum. Is cum fraude bovini corii deceptus Carthaginem a Didone structam videret, ejus nuptias sub belli denunciatione petit: ad quas cum civis repugnantem adigerent, trium mensium petito spatio, pyra in ultima urbis parte extructa, veluti placatura viri prioris manes, multis hostiis cæsis pyram confendit atque; ita ad populum respiciens, ituram se ad virum, sicut præceperant, dixit, vitamque gladio finivit.

40 Hinc Getulæ urbes, genus insuperabile bello,
 Et Numidæ infræni, cingunt, & inhospita Syriis;
 Hinc deserta siti regio, lateque fœnates
 Barcæ. Quid bella Tyro suggestant dicam,
 Germanique minas?
 45 Diis equidem auspiciibus reor, & Junone secunda,
 Huc cursum Iliacæ vento tenuisse carinas
 Quam tu urbem, foror, hanc cereres: quæ surgere regna
 Conjugio tali! Teuctrum comitantibus armis,
 Punicæ se quantis attollet gloria rebus!
 50 Tu modo posse Deos veniam, sacrifici litatis
 Indulge hospitio, causasque innecte morandi:
 Dum pelago desævit hyems, & æquosus Orion,
 Quassataque rates, & non tractabile cælum.
 His distis incensum animum inflammavit amore,
 55 Spemque dedit dubiz menti, solvitque pudorem.

Pria

Hinc urbes Getulæ, gens bello insuperabili, & Numidæ indomiti, & Syriis inhospitali nos cingunt: hinc regio fœnata solitaria, & Barcæ fœnati. Quid dicam de bellis, inmentibus ab urbe Tyro, & de minis fratris? Certe existimo naves Iliacæ Diis acrioribus, & Junone propitia, hinc vento direxisse carsum. Qualem tu videtis hanc urbem, o foror, qualia regna crescere, tali consulo! quanto factis ingratum se Pœnorum gloria, adjuvantibus armis Trojanorum. Lantimmodo te pete a Diis favorem, & sacrificiis perfectis probare tempus hospitii, & non erit insolubilis. His verbis incendit amore animum jam ardentem, & spem altius menti innoxie, & absulit verecundiam.

Primo

NOTÆ

niuit. Quamdiu Carthago invicta fuit, pro Dea culta est. Ita fere Justinus lib. 18. 6. & alii.
 37. Africa terra, &c.) Africana. Sic Tibullus, 1. 9. 33. Terra Campania: Catullus 40. Litare exta; a Suetonio litare vilissimam.
 37. Terra Cælibera. De Africa Ecl. 1. 65.
 38. Pugnabis amori.) Verba contentiosis junguntur hæpe dativo casui, Ecl. 5. 8. Tibi certet Amyntas; Georg. 2. 99. Cui non certaverit ulli, &c.
 40. Getulæ urbes, &c.) Getuli ad meridiem Carthaginis siti erant: Numidæ ad occidentem, qui & Nomades, ob feram ac pastoralem vitam, est enim 1000 passus. Syrii utraque, major & minor, Libyci maris sinus, arenarum aggestionibus iniecti, ad orientem: de his Æn. 1. 115. Barcæ, five Barcite; ultra Syrtis ad orientem majoris; nunc regnum Barcæ.
 44. Germanique minas.) Testatur Justinus, Pygmalionem Tyri regem, cognita fororis Iugæ, impio bello persequi fugientem paravisse, sed matris precibus & Decorum minis victum quiescisse.
 45. Junone secunda.) Que & præses est nuptiarum, & Pœnorum custos, Æn. 1. 29. & infra, v. 59.
 50. Veniam.) Vel reipsa veniam, quia conjugii desiderium vocavit culpam; v. 19. Vel favorem; quem tempore veniam significat, Æn. 1. 523.
 Sacris litatis.) Non factis tantum, sed feliciter factis: hoc enim est litare, ut dicitur Æn. 2. 116. Et jam addo locum en-

Cicerone de Divin. 2. 38. Quid? cum pluribus Diis immolatur: qui tandem eventus, ut licet aliis, aliis non litatur? Didum est autem litare sacra, ut a Propert. 1. 4. 1. 24. bullus, 1. 9. 33. Terra Campania: Catullus 40. Litare exta; a Suetonio litare vilissimam.
 52. Desævit.) Duo significat: & valde sævit, & sævire cessat. Cerdanus affirmat semper cæliationem significare; nullumque exemplum esse, quod non explicet hunc in modum. Hoc ergo explicet ex Æn. 10. 569. Sic tota Æneæ desævire in agnore videtur, ut Jemel interpari mœro: ubi certe affirmat augere, non minuit. At minuit & cæliationem notat apud Lucanum; s. 203. Nec dum desævire hæc, expectat. Hic affirmat, siquidem affirmant cætera: Quassataque rates, & non tractabile cælum. Porro certissimum puto, tempus præsens hic positum esse pro futuro; deservit, pro deserviet: hoc sensu: detine hinc Æneam, quamdiu deserviet hyem. Patet enim ex v. 6. hoc infinitivum inter Annam Didonemque colloquium, postdidit quam Æneæ advenerat: tunc autem æstus fuit, ut probavimus Æn. 1. 539. Firmabit interpretacionem meam geminus versus, alter ex hoc eodem libro v. 121. Dum trepidantæ, id est, trepidantibus: alter ex Georg. 1. 4. v. 84. Dum gravis aut bos, aut oves vestigia videtur dare terga cœcis, id est, dum cogat, donec coegerit. De Orione, Æn. 3. 517. Æn. 1. 539. 56. Delibata.) Tempus de his Æn. 2. 225. 57. Videntes.) Oves Gellinus disputat ita dici, quasi biennes, duorum annorum. Festus, quod inferiores ac superiores haberent den-

Principio delubra adeunt, patemque per aras
Exquirunt: mañant lectas de more bidentes
Legifera Cereri, Phoeboque, patrique Lyco:
Junoni ante omnes, cui vincia jugalia curæ.

60 Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis vocæ media inter cornua fundit:
Aut ante ora Deum pingues spatiat ad aras,
Instauratque diem donis, pecudumque relictis
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

65 Heu, vatum ignaræ mentes! quid vota forentem,
Quid delubra juvanc? Est mollis flamma medullas
Interea, & tacitum vivit sub pectore vulnus.
Uritur infelix Dido, totaque vagatur
Urbe furens. Qualis coniecta cervæ sagitta

70 Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquique volatile ferrum
Nescius, illa fuga silvas saltusque peragrât
Dicitæos: hæret lateri letalis arundo.
Nunc media Æneam secum per mœnia ducit,
75 Sidoniaque ostentat opes, urbemque paratam.

In-

Primo petunt templa, & ad altaria petunt favorem Deorum; immolant juxta ritum oves selectas Cereri legum inventrici, Phoebæ, & Baccho patri, præ omnibus Junoni, cui curæ sunt nexu conjugales. Ipsa formosissima Dido, tenens manu dextera pateram, fundit vinum inter media cornua vacæ candidæ: aut incidit circa pinguia altaria ante imagines Deorum, & renovat sacrificia per diem, & interna pectoribus victimarum aperit, consulit viscera earum palpitantia. Heu, ignare mentes vatum! quid vota, quid templa prosum amanti? Interim ignis igitur absumit medullas, & occulta placæ durat sub corde. Uritur misera Dido, & insana errat per totam urbem. Qualis cervæ post coniectam sagittam, quam pastor persequens armis perfodit improvvidam procul in silvis Creticis, & reliquit ignarus volatile ferrum in vulnere; illa cervæ percussit fugiens silvas, & saltus Dicitæos: mortifera sagitta hæret lateri. Dido nunc ducit Æneam secum per media munimenta, & ostentat Tyrus avitillas, & urbem paratam.

N O T Æ.

dentes, unde & ambidentes etiam vocabantur, quasi utrinque dentata. Ildorus, quod inter dentes otio bono haberent cæteris eminentiores. Tales autem oves exigebantur ad sacrificia.

58. *Legifera Cereri.* Ceres Saturni & Opis filia, Proserpinæ mater ex Jove: qua fruges & culturam agrorum invenit: ideoque jura & leges, qua de agrorum divisione natae sunt: unde sacra ejus apud Athenienses *Demeter* appellabatur, à *Demæ* lex & *eter* sero. De Phæto, Ecl. 3. 62. De Lyco & Baccho, Georg. 1. 229.

59. *Junoni, &c.* Hæc Saturni & Opis filia, Jovis & foror & conjux: quia nuptiis præerat, ideo Jovis dicebatur *Jovis* Romanis *Juga*, a *jugo*, sive a *jungendis* conjugibus: nam in nuptiis, si Servio & Ildoro fides est, in symbolum conjunctionis, jugum reipia imponebatur contrahentibus: si alius credimus, victa tantum sive tænia simul ambo ligabantur.

61. *Candentis vocæ.* Allusum putat Nascimbænus ad legitum Numæ Romanorum regis, quam refert Plutarchus: ne mulieres

ab obitu conjugis: ad usque menses decem nuptias repererit: que autem infra id tempus vellet reperire, vaccam prægnantem sacrificarent. Illa porro vini effusio libatio est, *Æn.* 1. 740.

62. *Spatiat ad aras.* Etiam more Romano, matronæ ante aras, faculas tenentes, & gestu gravi, saltationemque severam imitantibus, movebantur & ferebantur: quod Horatium intellexisse puto, cum in Arde scribit: *Ut festis matrona moveri iussa diebus.* Hæc Turnebus, l. 23. 3.

63. *Instaurat.* Freqüenter repetit ac renovat sacrificia. Verbum in ea re solenne: quæ exta, id est, victimarum interiora, qua maxime exstant, cor, pulmo, ien, secur, celeriter extrahuntur, & adhuc spirantia ac palpitantia inspicuntur, antequam frigeant, habeturque inde futuri cognitio.

70. *Cressia.* Cretica, in Greta insula, Candia, de qua *Æn.* 3. 104. cujus in parte orientalis mons est *Dicle*.

81. *Suadent que cadentia sidera somnos.* Non initium noctis, ut vulgo putatur, sed exitum intel-

Incipit effari, mediæque in voce resistit.

Nunc eadem labente die convivia querit,
Iliacoque iterum demens audire labores

Exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore.

80 Post, ubi digressi, lumenque obscura vicissim
Luna premit, suadentque cadentia sidera somnos:

Sola domo mœret vacua, stratisque relictis
Incubat: illum absens absentem auditque videtque

85 Aut gremio Afcanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum si fallere possit amorem.

Non cæptæ assurgunt turres, non arma juvenis
Exercet, portusve aut propugnacula bello

Tuta parant: pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes, æquataque machina cælo.

90 Quam simul ac tali pensent peste teneri
Cara Jovis conjux, nec samam obflare furori,

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dicitis:
Egregiam vero laudem & spolia ampla referetis,

Tuque, puerque tuus; magnum & memorabile nomen:
95 In dolo Divum si fœmina videri duorum est,

Nec me adeo fallit, veritatem te mœnia nostra,

Incipit loqui, & heret in mediâ voce. Nunc die occidente repetit eisdem epulas, & insana postulat vultus audire Trojanos casus, & suspensa est rursus ab ore narrantis. Detinet, cum exierunt, & vicissim Luna obscurior subducit lucem suam, & stelle decedentes cogunt ad somnum: sola dolet in domo vacua, & incumbit læto relicto ab Ænea: absipit audique absens absentem illum: aut tenet in sinu Afcanium, capta similitudine patris ejus, ut videat an possit fallere amorem infandum. Turres inceptæ non attolluntur, juvenis non exercet armis, nec præparat portus, & sua munimenta ad bellum: opera manente interrupta, & eminentiæ magnæ murorum, & machinæ eductæ ad cælum. Statim atque dilectæ uxori Jovis cognovit hunc tali veneno imbutam esse, nec samam obflare ejus insanie; Juno compellat Venerem talibus verbis: Nempe reportatis pulchram laudem, & magna spolia, & tu, & filius tuus; magnum & memorabile gloriam: quod una mulier superata sit fraude duorum Deorum. Nec vero me latet, te timuisse nostros muros, & sus-

Suspe-

T Æ.

intellige, ut & *Æn.* 2. 9. Duo enim hic distinguunt tempora: unum, quo Dido repetit convivia, scilicet labente die; & hoc est initium noctis: alterum, quo mœret domo vacua, nempe, cum vicissim luna premit lumen; & hic exitus noctis. Nec te decipiat, quod dicantur tunc suadere cadentia sidera somnos, quod videtur in initia noctis aptius convenire: immo plane in exitum convenit, tunc enim præcedunt talibus verbis: *Incipit* tunc eam vigilare, omnino necessarius est.

82. *Vacua.* Silente, cæteris ad somnum digressis.

82. *Stratis relictis.* Lectis, non conjugali- bus, nondum enim conjugium coalescerat; sed epularibus, qualis ille, de quo *Æn.* 2. 2. *Inde toro pater Æneæ, &c.*

85. *Si fallere possit amorem.* Eadem forma *Æn.* 6. 78. *Magnum si pectore possit excussisse Deum.*

88. *Minæ murorum.* Contendunt cum Turnebus plerique omnes minas esse partes altissimi murorum, pinas fenestratas, vel quia inde propugnatores hostibus minantur, juxta *Hymenæe* Deo, pro nuptiis, Georg. 3. 60.

Qq

102. Pa-

Suspectas habuisse domos Carthaginiæ alæ.
 Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?
 Quin potius pacem æternam pactosque hymenæos
 100 Exercemus? habes, tota quod mente petisti:
 Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem.
 Communem hunc ergo populum, paribusque regamus
 Auspicis: liceat Phrygio servire marito,
 105 Dotalesque tæx Tyriis permittere dextræ.
 Olli (sensit enim simulata mente locutam,
 Quo regnum Italix Libyæ averteret oras)
 Sic contra est ingressa Venus: Quis talia demens
 Abnuat, aut tecum malit contendere bello?
 Si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur.
 110 Sed facis incerta feror: si Jupiter unam
 Esse velit Tyriis urbem, Trojaque profectis,
 Misericive probet populos, aut fœdera jungi.
 Tu conjux: tibi fas animum tentare precando.
 Perge, sequar. Tum sic excepit regina Juno:
 115 Mecum erit ille labor: nunc qua ratione, quod inflat,
 Conferi possit, paucis, advertite, docebo.

Vena-

Et suspectas habuisse domos Carthaginiæ alæ. Sed quis erit finis? aut quo jam tendimus tanta contentione? Quin potius facimus pacem æternam, & firmas nuptias? obvis quoque vestri solo animo: vritur amans Dido, & haurit per ossa amorem. Gubernemus igitur hæcæ gentem communem. Et æquali potestate: liceat obediæ Phrygio marito, & tradere in manum tuam Tyriis quali dotem. Contra Venus sic capiti loqui illi: (nam agnovit illam locutam esse sibi consilio, ut abduceret imperium ab Italia ad Africanam terram.) Quis stultus recuset talia, aut mali tecum accipere bello? dummodo fors promoveat consilium, quod iuggerit. Sed satis rapio auro: nym Jupiter vult eandem urbem esse Tyriis, & iis, qui venerunt Troja; aut approbet confœdæ nationes, aut nuptias fœderi. Tu es eius uxor, tibi facile est sollicitare precantem mentem ejus. Perge, sequar. Tum sic respondit Juno regina: Mea erit illa cura: jam attende, paucis verbis explicato, quo modo id quod imminet, possit perfici.

Ancæ

N O T A E.

102. Paribus Auspicis. Translata didico e comitis, ubi creabantur consules captato pariter volatu avium, quod proprie auspici-um est.
 103. Licet Phrygio servire marito, &c. Licet, me ac Didonem; Deam pempe, Regina-que; servire Phrygio, id est exuli, & cetero-que, quod acerbè æquivalens dictum est: erant enim Phryges Trojani tum exules, & universim tota gens nota servitutis aliqua infamis: ex ea enim servi ac mancipia vulgo petebantur, ut notat Athenæus, & passim apud scriptores videtur est. De Phrygia, An. 1. 287.
 104. Dotalesque. Dos est patrimonium uxoris, & quæquid viro cum uxore datur.
 105. Quo regnum Italix Libyæ averteret oras. Quo regnum Italix, &c. An. 1. 23. Progenit sed enim Trojano a sanguine duci Audierat, Tyriis olim qua vertebat arces: Hinc populum late regem. venturum: nempe Romanorum Italum: cupis parentem Æneam, deo mari Juno inlequebatur, ejeceratque vi tempestatis ad litus Africæ, ut cum a fundando in Italia regno averteret, ac debituum ejus factis orbis impertium in Africa stabiliret.
 110. Facis incerta feror, &c. Pro an: ita feror, v. 85. Si julare possit amorem; id est, ut videat an fallere possit amorem.
 116. Conferi. Bálbus Ciceroni, in Epist. ad Atticum, l. 9. rō. Ut per te tota conferret. Cæsar de bello Gall. l. 7. Postquam id distulit, conferi animadvertit.
 119. Titan. Solis nomen: Refert Gyrallus, quæ antiquis fabularum autoribus, Titiam, que Terra dicta etiam est, & Cælo genitricem Titanæ; quorum unus fuit Hyperion, qui ex fœdere Babilæ suscepit Solem & Lunam. Unde Sol Titan dictus est, gentili nomine. Omnia quippe incerta in fabulis.
 121. Trepidant alæ. Trepidant: non semper est, timent, sed aliquando sphinant, ut hic, & An. 9. 114. Ne trepidate meas, Teucer, defendere naves, necesse armate manus: id est, festinate, prohibere enim defendi. Alæ. Item sunt in equestri, quod in acie pedestrī cornu: sic dictæ, quia equestres turmæ pedestres copias quasi alæ tegunt. Et venatorum species quas quorū proter Joannes Scœpæ & veteri tragamento, invertebantur, indicatoris, insidiatores, & alatos, qui equo feras in cautes urgent.
 Indagine cingunt. Indago, juxta Servium, est ipsa ferarum insulatio. Juxta Horrentium, sunt canes ferarum indagatores atque in-

Venatum Æneæ; unaque miserima Dido, cæcis manibus
 In nemus ire parant; ubi primos crastinus ortus
 Extulerit Titan, radiisque retexeret orbem.
 120 His ego nigrantem commissa grandine nimbum,
 Dum trepidant alæ, salusque indagine cingunt,
 Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo.
 Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
 125 Speluncam Dido, dux & Trojanus eadem
 Devenient: adero, & tua si mihi certa voluntas,
 Connubio jungam stabili, propriamque dicabo.
 Hic Hymenæus erit. Non advertefa petenti id idem
 Annuat, atque dolis risit Cytherea reperis.
 Oceanum interea surgens Aurora reliquit.
 130 It portis jubare exorto delecta juvenus,
 Retia rara, plagæ lato venabula ferio,
 Massylque ruunt equites, & odora canum vis.
 Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
 Penorum expectant: osfroque insignis & auro
 135 Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.
 Tandem progreditur, magna stipante caterva,

Sido-

Æneæ & miserima Dido parant ire venatum in crastinum, quando Sol crastinus primo extulerit ac orbem. & luce detexerit mundum. Ego, dum equites current, & claudunt strobis retibus, desuper immitam obscuram nubem mixta grandine, & commotus salubre totum ærem: dispergentur comites, & occultabuntur densis tenebris. Dido & dux Trojanus perventur ad idem antrum: præsens ero, & si tuus consensus mihi certus est, sociabo illam firmo connubio & addicam Æneæ propriam. Hic erit Hymen. Non obvisenti petenti Venus annuit, & risit ob fraudem repertam a Junone. Interim Aurora surgens deseruit Oceanum. Luce orta proventus delecta exit & portis. Adlunt retia subtilia, plagæ, bastilia lata cuspidis, & equites Massyli, & canes odoratrix canum, erumpunt. Primi Carthaginiensium expectant ad portas reginam tantantem in cubiculo: statque equus ornatus auro & purpura, & acer mandit frænum spumans: Dentque procedit comitante magna turba.

N O T A E.

120. Juxta Budæum, quem sequuntur aliter omnes, est retium ac plagarum ferarum in perlicis sublara captandis feris. Facit pro Budæo quod indago, ut plurimum jungitur cum verbis cingenti, includendi. Facit pro Horrentio nomen ipsum indagine, quod in canes melius cadit: tum illud Georg. 1. 249. Canibus circumdare saltus: tum illud & Livio 1. 7. Cum præmissis equis vestigium indagine dispersit Samnites egressi, quod canibus longe convenientius est. Hinc suspensus hæreo de utroque quid statuum.
 Trepidant. cingunt. Certe hic tempus præsens est profuturo, quod jam notavimus, vers. 52.
 127. Hymenæus. Deus nuptiarum præses; Georg. 3. 60. Cytherea, Venus, An. 1. 261. Aurora, Georg. 1. 249.
 130. Jubare exorto. Primum diluculum notati nam Juliar, juxta Varronem, lib. 6. de L. I. Actur Stella Lustror, quæ in summo habet distinctam lumen, ut leo in capite Julam. A quibusdam etiam pro Sole sumitur, & generatim pro rebus quæ auribus splendens. Stat. Theb. 9. 699. Et præter gemmæ galæe Juliar.
 131. Retia rara, plagæ, &c. Vena toria in-

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo:
 Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
 Aurea purpuream subnectit fibula vestem.
 140 Necon & Phrygii comites, & lætus Iulus
 Incedunt: ipse ante alios pulcherrimus omaes
 Infert se socium Æneas, atque agmina jungit.
 Qualis ubi hybernâ Lyciam Xanthique fluenti
 Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo,
 145 Instauratque choros: mixtique altaria circum
 Cretesque, Dryopesque fremunt, pidiique Agathyrsi:
 Ipse jugis Cynthi graditur, mollique fluentem
 Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro:
 Tela sonant humeris. Haud illo segnior ibat
 150 Æneas: tantum egregio decus enitet ore.
 Postquam altos ventum in montes, atque invia lustra,
 Ecce feræ saxi dejectæ vertice capræ
 Decurrere jugis: alia de parte patentes
 Transmittunt cursu campos, atque agmina cervi
 155 Pulverulenta fuga glomerant, montesque relinquunt.

At

cineta versicolore infita circa Tyriam chlamydem: huic pharetra est aurea, capilli colliguntur in nodum aureum, aurea fibula coercet vestem purpuream. Nec non & Trojani comites & lætus Æscanius eunt quoque: Æneas ipse formosissimus aliis omnibus addit se socium. & adjungit suas turmas. Qualis est Apollo, quando frigidam Lyciam, fumensque Xanthum velintus, ac petit Delum inulam matris & renovat choros, & mixti Creteses, Dryopesque, pidiique Agathyrsi lætantur circa aras: ipse incedit in cacuminibus Cynthi, & componens effusos capillos cingit tenera corona, involvitque auro: sagitta sonant ad humeros. Non deformior illo Æneas incedebat, tanta pulchritudo elucet in eximio vultu. Postquam perventum est ad altos montes & cubilia ferarum inaccessa, ecce capræ sive feræ emissa & cacumine rupti decurrerunt per colles: ex alia parte cervi prætervenerunt cursu campos aperti, & sustendo colligunt se in greges pulverulentos, ac deserunt montes.

N O T Æ.

Phœnicie, vicina Tyro, unde purpura celebris, Georg. 2. 506. Pictio, interpretor, diversi a purpura coloris, fortasse aurei. Limbo, infita, in extrema ora chlamydis. Chlamydem, vestem militarem ac venatoriam, thoraci superpositam, Ital. Soprasberga.
 138. In aurum.) Vel in reticulum aurei contextus implexi crines: vel crines ipsi flavi coloris in aurei nodi formam ligati. De Phrygia, Asiæ regione, unde Trojani erant, Æn. 1. 385. De Iulo, Æscanio, ibid. 271.
 143. Qualis ubi, &c.) Comparaverat Virgilius Æn. 1. 502. Dionem cum Diana: nunc Æneam cum fratre Dianæ Apolline. Et aliquid quantum expressa res est ex duobus Apollonii locis Argon. l. 1. Solemnis autem erat opinio, Deos certis anni temporibus commutare sedes: aitque Servius constare, sex hybernis mensibus Apollinem apud Pataram Lyciæ urbem oracula reddere: sex æstivis apud Delum Ægei maris insulam. Lycia, regio est Asiæ minoris, ad meridiem; maritima urbs ibi Patara fuit, nunc Patera, Apollinis templo quondam insignis, & Xanthus fluvius & urbs, nunc Santo.
 144. Delum maternam.) Quia in ea Æscam maris insula Dianam & Apollinem Latona

o Jove peperit, Æn. 3. 74. & 77.
 146. Cretesque, Dryopesque, &c.) Confluentes ad ora culum Delum undecumque populi. Cretes ex insula Creta, Candia, Æn. 3. 104. Dryopes ex Strabone lib. 9. fuerunt in Peloponneso: eo transvecti, vel ad Tropea Arcadie, cum antea circa Sperchium Thessalia fluvium habitarent; vel ab Hercule ejecti & Doride, quæ est juxta Parnassum montem. Agathyrsi gens Scythica, qui ex Mela l. 2. 1. Ora arvisque pingebant, ut quisque majoribus præstat, ita magis, vel minus. Juxta alios gens Sarmatica. Cynthus, mons in insula Delo, Æn. 3. 92.
 151. Lustra.) Ferarum cubilia: quare? Georg. 2. 471. De Cervis, quos esse in Africa multi negant, Æn. 1. 188. affirmant tamen Oppiani & Philostrati aliorumque testimonia apud Cerdanum.
 163. Dardanius nepos Veneris.) Æscanius, filius Æneæ, qui Anchisæ & Veneris filius. Dardanus, Trojanus, Æn. 1. 239.
 166. Prima & Tellus, & pronuba Juno.) Constat ad singula graviori momenti negotia solitos veteres captare auspicia, atque omnia, sed præsertim ad nuptias, ut diximus Æn. 1. 350. Igitur omnia quæ fuerint, hic notaandum

At puer Æscanius mediis in vallibus acri
 Gaudet equo: jamque hos cursu, jam præterit illos;
 Spumantemque dari pecora inter inertia votis
 Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.
 160 Interea magno misceri mormure cælum
 Incipit: insequitur commissa gradine nimbus.
 Et Tyrii comites passim, & Trojana juventus,
 Dardaniusque nepos Veneris, diversa per agros
 Tecta metu petiere: ruunt de montibus ames.
 165 Speluncam Dido, dux & Trojanus eandem
 Deveniunt: prima & Tellus & pronuba Juno
 Dant signum; fulsere ignes & conficiis æther
 Connubii, summoque ulularunt vertice Nymphæ.
 Ille dies primus leti primisque malorum
 170 Causa fuit: neque enim specie famave movetur,
 Nec jam furtivum Dido meditat amorem;
 Conjugium vocat, hoc præterit nomine culpam.
 Extemplo Libyæ magnas it fama per urbes:
 Fama, malum quo non aliud velocius ullum,

Mobi-

At juvenis Æscanius per medias vallés exultat in equo generoso: & jam hos, jam illos anteis cursu; cupitque concedi votis suis aprum spumantem inter pigros illos greges, aut truxim leonem descendere e monte. Interim cælum incipit turbari magno tumultu: succedit nubes nimbus gradine. Passim & comites Carthaginienses, & juvenus Trojana, & Trojanus nepos Veneris, hinc inde per agros quæserunt dispersas calas: torrentes cadunt & montibus. Dido & dux Trojanus deveniunt in idem atrium & pronuba Juno & Tellus dant signum: fulgura emicuerunt. & cælum particeps consilii de conjugio, & Nymphæ ulularunt ex alto cacumine. Ille dies primus auctor fuit exitii, & primus calamitatum: nec enim Dido amplius terretur specie aut rumore, nec iam exercet amorem secretum; hunc appellat conjugium, & velat crimen hac appellatione. Statim fama currit per magnas partes Africae: fama, malum, quo nullum celerius,

N O T Æ.

dum est. I. Quidam ajunt Tellurem quoque e Diis fuisse nuptiarum prædidibus: prima autem dicitur ordine significandi, quia tunc prima omnium signa dedit: quæ autem? nisi terra morum. II. Juno, ut constat, nuptiis præfuit, hinc dicta Pronuba, γυναικας α γυναικας nuptias. Hæc autem, cum pro aere terræ proximo sæpe sumatur, signum dedit, nimbus & commissa gradine. III. Eiber superior, & ignea mundi pars, quæ Jupiter aliquando dicitur, signa dedit fulguribus & fulmine; juxta eorum opinionem, qui fulmina putabant, non in media aeris regione fabricari, sed a Jove mitti & igneo æthere. Conficiis dicitur, quia nuptiarum illarum confici & auctores superi ipsi fuerant, Juno, Venus, & ipse, quem sum in consilium adegerat, Jupiter, v. 110. & sequentibus.
 167. Fulgere ignes, &c.) Mos erat in nuptiis, ut sponte ad sponsum eunti præferrentur faces, ut puellæ ad median noctem ante conjugum fores lætis carminibus persisterent, quorum exemplum insignè superest apud Theocritum Idyllio 18. Ideo Virgilius hic adhibet fulgura pro facibus; & ulularunt Nympharum, pro carminibus.
 168. Nymphæ.) Vel fure Crædæ, Nymphæ montium, quia erant in speluncæ sum-

mo vertice. De his Ecl. 2. 46. Vel, ut eandem dicitur ordine significandi, quia tunc prima omnium signa dedit: quæ autem? nisi terra morum. II. Juno, ut constat, nuptiis præfuit, hinc dicta Pronuba, γυναικας α γυναικας nuptias. Hæc autem, cum pro aere terræ proximo sæpe sumatur, signum dedit, nimbus & commissa gradine. III. Eiber superior, & ignea mundi pars, quæ Jupiter aliquando dicitur, signa dedit fulguribus & fulmine; juxta eorum opinionem, qui fulmina putabant, non in media aeris regione fabricari, sed a Jove mitti & igneo æthere. Conficiis dicitur, quia nuptiarum illarum confici & auctores superi ipsi fuerant, Juno, Venus, & ipse, quem sum in consilium adegerat, Jupiter, v. 110. & sequentibus.
 167. Fulgere ignes, &c.) Mos erat in nuptiis, ut sponte ad sponsum eunti præferrentur faces, ut puellæ ad median noctem ante conjugum fores lætis carminibus persisterent, quorum exemplum insignè superest apud Theocritum Idyllio 18. Ideo Virgilius hic adhibet fulgura pro facibus; & ulularunt Nympharum, pro carminibus.
 168. Nymphæ.) Vel fure Crædæ, Nymphæ montium, quia erant in speluncæ sum-

giles

175 Mobilitate viget, viresque acquiritur eundo:
 Parva metu primo; mox sese attollit in auras;
 Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.
 Illam Terra parens, ira irritata Deorum,
 Extremam (ut perhibent) Caeo Encladoque foream
 180 Progenit, pedibus celerem & pernicibus alis:
 Monstrum horrendum, ingens: cui quot sunt corpore plumae;
 Tot vigiles oculi subter, (mirabile dictu)
 Tot linguae, totidem ora sonant, tot cubrigit aures.
 Nocte volat caeli medio, terraeque per umbram
 185 Stridens, nec dulci declinat lumina somno:
 Luce sedet custos, aut summi colmine tecti
 Turribus aut altis, & magnas terreat urbes.
 Tam ficti praevide tenax, quam nuntia veri.
 Hæc tum multiplici populos sermone replebat.
 190 Gaudens, & pariter facta atque infecta canebat:
 Venisse Æneam Trojano a sanguine cretum,
 Cui se pulchra viro dignetur jungere Dido:
 Nunc hyemem inter se luxu, quam longa, foveret
 Regnorum immemores, turpique cupidine captos.
 195 Hæc passim Dea fœda virum diffundit in ora.

Pro-
 fectat agilitate, & auget vires eundo: parva primum ob timorem, mox erigit se in auras,
 incenditque per terram, & abscondit caput inter nubes. Terra mater irritata ab furoribus Deorum
 produxit illam, ut narvat, ultimam foream Caeo & Enclado, velocem pedibus & citis
 alis: monstrum horribile, ingens, cui quot sunt plumae in corpore, tot oculi aperti vigilent subter
 ter eas, res mirabilis dictu, tot linguae, tot ora loquuntur, tot arrigit aures. Volat nocte per
 medium caeli, & per umbram terrae, stridens, nec permittit somnum oculis: die sedet speculatrix,
 aut in sagittis summi tecti, aut in altis turribus, & tremefactis magnas urbes: tam retinens
 mali & falsi, quam nuntia veri. Illa tunc læta implebat populos vario rumore, & narabat
 se dignetur formosa Dido: nunc illos in luxu traducere inter se hyemem, quam longa est, obli-
 tios regnorum, & correptos inhoneſto amore. Turpis Dea spargit hæc passim per ora hominum.

N O T Æ

giles oculi subter plumas: quia videt omnia, videtur a nemine. Nocte volat: neque enim animadverti potest, qui fiat, ut tantillo tempore tam longe lateque pervagetur. Luce sedet custos, ut observet quæ tractantur inter homines, præsertim in adibus regum, magnique urbibus. Cæterum tam est apta veris, quam fallis evulsandis.
 179. Cæo, Encladoque foream.) Gigantum præcipuis, Terræ ac Titanis filius: quibellum Jovi intulerunt ad ulciscendam patris injuriam, cui caeli regnum, ut fratri Saturni natu majori, debitum esse contendeant. Hi aggressis montibus, ut caelum ascenderent, iidem oppressi sunt, Georg. 1. 279.
 180. Hic Ammon satus.) Jupiter Ammon, Ægyptiis & Afris celebre oraculum ac templum habuit in Libya, ad orientem Cyrenaicæ regionis, ad occidentem Ægypti, ad septentrionem Garamantum ac Natamonum: in irriguo & palmifero loco, quanvis tota regio aridissima ac desertissima sit. Hujus oratio varie refertur: tribuitur tamen maxime Libero, sive Baccho; cui per Libyæ de-

Protinus ad regem curfus detorquet Iarbam,
 Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.
 Hic Ammon satus, raptâ Garamantide Nympha,
 200 Centum aras posuit: vigilemque facraverat ignem,
 Excubias Divum æternas, pecudumque cruore
 Pingue solum, & variis florentia limina fertis,
 Ique amens animi & rumore accensus amaro,
 Dicitur ante aras, media inter numina Divum,
 205 Multa Jovem manibus supplex orasse supinis.
 Jupiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
 Gens epulata toris Lenæum libat honorem,
 Aspicias hæc? an te, genitor, cum fulmina torques,
 Nequiquam horremus? cæcique in nubibus ignes
 210 Terrificant animos, & inania murmura miscent?
 Fœmina, quæ nostris errans in finibus urbem
 Exiguam pretio posuit, cui litus arandum,
 Cuique loci leges dedimus, connubia nostra
 Reppulit, ac dominum Æneam in regna recepit.
 215 Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu,
 Maonia mentum mitra crinemque madentem

Subne-
 Confestim desecit volatum ad regem Iarbam, inflammataque sermonibus animum ejus, & accumulata iras. Ille natus Jove Ammon, & Nympha Garamantide raptâ, struxerat Jovi centum
 templa spatiosa vastis in regnis, & centum altaria: & dedicaverat ignem immortalem,
 perpetuas excubias Deorum; & dedicaverat terram pinguem sanguine vitæmarum, & portas
 ornatas feris versicoloribus: Ille autem impos mentis & inflammatus rumore acerbo, dicitur
 ante altaria, inter media simulacra Deorum, supplex elatis manibus plurimum orasse Jovem:
 O Jupiter omnipotens, cui gens Maurusia epulans in versicoloribus lætis nunc effundit Bacchi-
 cum liquorum, videbis hæc? an vero, frustra timeamus te, o pater, cum vibras fulmina? an
 fulgentia vana in nubibus terrent mentes, & idem inuites ignes? Mulier, quæ raga in regione
 nostra condidit parvam urbem emptione, cui dedimus litus colendum, cui imposuimus condi-
 tionem loci, reppulit nuptias nostras, & admisit in regnum Æneam maritum, Et nunc ille Paris
 cum comitatu effeminato, subligatus mitra Lydia circa mentum & capillos delibatus, in-

N O T Æ

ci, sed perperam; cum centum illa templa, Athenæus l. 1. notat Homerum nemini Hel-
 latæ regis, id est, variis latissimi regni locis
 condita dicantur.
 200. Vigilem ignem.) Plutarchus, lib. de de-
 sectu oraculorum, testatur in Ammonis tem-
 plo lucernam fuisse perpetuo arcentem, de
 quo more, An. 2. 297.
 205. Supinis.) Nectur mox orandi veterum,
 non expanſis, non porrectis, sed supinis
 manibus, ita ut palma caelo obyerta eſſent.
 206. Cui gens Maurusia, &c.) Maurusia sive
 Mauri, partem Ægypti occidentalem obrine-
 bant ab usque Carthagine aut Numidia, ad
 fretum Gaditanum: varias in gentes distri-
 buit.
 207. Gens epulata toris, &c.) Post sacrificia
 solebant & victimarum exhis epulari, inque
 epulis vita in honorem Deorum libare & est-
 fundere. De epulis illis, An. 7. 175. De liba-
 tionibus, An. 1. 740. De toris, lætis vulgo grami-
 honore, An. 3. 224. De Lenæo, sive Bacchico
 211. Paris, &c.) Æneam vocat Paridem, id
 est melleum: de eo An. 1. 31. Proptereaque

- Subnexus, raptu potitur: nos munera templis
 Quippe tuis ferimus, famamque foremus inanem.
 Talibus orantem distis, arasque tenentem.
 220 Audiat omnipotens, oculosque ad moenia torfit
 Regia, & oblitus famæ melioris amantes:
 Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
 Vade age, nate, voca Zephyros, & labere pennis
 Dardanumque ducem, Tyria Carthagine qui nunc
 225 Expectat, fatique datas non respicit urbes,
 Alloquere, & celeres deser te mea dicta per aras.
 Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
 Promisit, Grajumque ideo bis vindicat armis:
 Sed fore, qui gravidam imperiis, belloque frementem
 230 Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri
 Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.
 Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
 Nec super ipse sua molitur laudem, & gloria magna
 Ascensione pater Romanas invidet arces?
 235 Quid frui? aut qua spe inimica in gente moratur?
 Nec prolem Aufoniam & Lavinia respicit arva?

frui? præda: nos scilicet dona templis tuis inferimus, & sustentamus famam inanem. Omnipotens auditur nos precantem talibus verbis, & herentem ad aras, & flexit oculos ad urbem regiam, & ad amantes negligentes famam honesta. Tunc sic loquitur ad Mercurium, & imperat talia. Vade age, fili, advoca Zephyros, & descende alis: & alloquere Teurium ducem, qui nunc moratur in Tyria Carthagine, nec considerat urbes a satis tibi concessas: & porta per levem aërem mandata mea. Mater ejus formosissima non cum nobis pollicita fuerat talem, nec eam eb vobis eripuit eum e Græcorum armis: sed pollicita fuerat hunc Iulorum, qui possideret Italiam plenam regnis, & belli cupidam: qui probaret originem suam esse e nobili sanguine Teucri, & subiceret imperio suo totum orbem: si nullus splendore tantorum factorum huic movet, nec suscipi ipse laborem ad suam laudem, an pater videt Ascenio Romanam urbem? Quid parat? aut qua spe manet apud gentem inimicam? nec cogitat posteritatem Italianam, & campos Lavintonos?

N O T Æ.

217. *Subnexus.* Ita emendo cum Gevartio, Elect. l. 1. c. 7. Olim legebatur *subnixus*, literis vel ante Servii tempora male corruptis. Frustra quippe Servius interpretabatur, *crimen unguentum junis non habens*, vel *fiducia datus*. Frustra Turnebus explicabat, *sub mitra crimem ac mentum subjectum habens*. Utraque enim interpretatio sensu caret & acuminis: nostra rectior & simplicior.
 218. *Famam inanem.* Qua dicitur filius tuus, rex Libyæ, conjux Didonis futurus.
 219. *Arasque tenentem.* Mes supplicantiū ac sacrificantiū: unde Varro apud Macrobium l. 3. 2. ait *aras dictas olim esse aras, quasi aras, quibus vasa teneri solent; quæ admodum Valerii & Furrī, prius dicebantur Valeri & Furi.*
 222. *Mercurium.* De eo, infra v. 238. *En. 1.* 202. De Zephyris, ventis occidentalibus: Ecl. 5. 4. De Dardaniis, Trojanis, *En. 1.* 239. De Tyria Carthagine, supra in argumento.
 228. *Bi vindicat armis.* Aneam Venus bis e Græcorum armis eripuerat. *Primo*, quando Diomedes in Trojana oblatione Aneam saxo ita percussit, ut is in genua prolapsus haud dubie occidendus fuisset, nisi Venus

Navi.

Navi.

- Naviget: hæc summa est, hic nostri nuntius esto.
 Dixerat. Ille patris magni parere parabat
 Imperio: & primum pedibus talaria nedit
 240 Aurea, quæ sublimem alis, sive æquora supra,
 Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
 Tum virgam capit: hæc animas ille evocat Orco
 Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit,
 Dat somnos adimittique, & lumina morte resignat.
 245 Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
 Nubila. Jamque volans apicem & latera ardua cernit
 Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit:
 Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris
 Piniferum caput & vento pulsatur & imbrī.
 250 Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
 Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
 Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
 Constitit; hinc toto præceps se corpore ad undas
 Misit: avi similis, quæ circum litora, circum
 255 Pisciferos scopulos humilis vincta æquora juxta,
 Haud aliter terras inter cælumque volabat,

Litus

Nævum ascendat: hæc est summa, hic sit illi nuntius a nobis. Sic loquutus erat Mercurius præparabat se ad obediendum jussu magni patris: & primo subjicit talaria aurea, quæ sen supra mare, seu supra terram, rapido pariter cum flamine vento. Deinde accipit virgam: per hanc ille educit ex inferis animas pallidas, alias deçipi ad tristes inferos, prebet æquore somnos, & ex morte aperit oculos. Hac instructus pelit ventos & traxit turbidas nubes. Jamque volans videt cacumen & excessa latera duri Atlantis, qui capite sustinet cælum: Atlantis, cui caput piniferum, semper circumdatum nigris nubibus, tunditur ventis & phœvis. Nix superjecta tegit humeros: præterea survis devolvuntur e mento senis, & larva horrida concrevit glacie. Hic primo stetit Mercurius contendens alis æqualibus: hinc delapsus toto corpore se impulit ad undas: similis volucris, quæ circa litora, circa rupes pisciferos volat demissum & terram.

N O T Æ.

- diam, incidit in serpentes duos ad pugnam sive ut Jovi sistat, sive ad alia minister comparatos, projectæ virga statim contraria: quantum que corpora aperiat, pelseuit. Unde pacis symbolum evasit virga illa duobus insensis serpentibus, quam Græci legatis suis dabant, ad pacem & securitatem; vocabantque *επιπυρα*: quia legatis *επιπυρα*: ex qua voce Latini virgam ipsam appellaverunt, cum aliqua literarum deformatione, *Caduceum*. De Orco, qui pro inferis sumitur, *Georg. 1.* 277. De Tartaro, profundissimo inferorum loco, *Georg. 1.* 26.
 244. *Lumina morte resignat.* 1. Explicat Servius, *claudis*: male, cum opponatur *resigno*, & *signo*, id est, *signis munio, claudio*. II. Explicat Turnebus *aperit in busta*: idque haurit e Plinio l. 11. 37. *Mortentibus oculis operire, rursusque in rogo patefacere*. Quirium magno ritu sacrum esse: ita more condito, ut nec ab homine supervenire eos spectari fas sit: & cælo non obedi, *nefas*. Hoc igitur officium tribuit Mercurio: sed quia solebat id fieri a cognatis, antequam busto cadaver imponerent, ideo III. explicio, *Aperit oculos ex morte*, id est *revocat e morte corpora*: quod quantum officium a primo distinguitur: prius enim est, *quod animas ex Orco evocat*, de ea enim varie disputatur.

R

259. Mar.

- Litus arenosum Libyæ ventosque secabat
Materno veniens ab avo Cyllenia proles.
Ut primum alatis tetigit magalia plantis,
260 *A*neam fundantem arces, ac tecta novantem
Conspicit: atque illi stellatus jaspide sulva
Ensis erat, Tyrioque ardebat murice læna
Demissa ex humeris: dives quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas disereverat auro.
265 *C*ontinuo invadit: Tu nunc Carthaginiis altæ
Fundamenta locas, pulchramque uxoris urbem
Exstruis, heu, regni rerumque oblite tuarum!
Ipse Deum tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cælum & terras qui numine torquet:
270 *I*psæ hæc ferre jubet celeres mandata per auras.
Ipse struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?
Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem;
Ascantium furgentem, & spes heredis Iuli
275 *R*espice: cui regnum Italiæ, Romanaque tellus
Debentur. Tali Cyllenius ore locutus
Mortales visus medio sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
At vero *A*neæ aspectu obmutuit amens,
280 *A*rrectaque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
Ardet abire fuga, dulcesque relinquere terras,

Atto-
seindebat artem & litus arenosum Libyæ. Statim atque alatis pedibus attingit casam, vidit *A*neam fundantem arces, & reparantem tecta: illi autem erat ensis inter punctus jaspide sulva, & toga rulesebat ex Tyria purpura pendens ex humeris: quæ ornamenta fecerat opulenta Dido, & distinxerat telas subtili auro. Statim aggreditur eum his verbis: Tu nunc statim fundamenta alta Carthagini, & condis pulchram artem uxori serventis, heu! immemor regni tui & verum tuarum. Ipse Rex Deorum, qui potestate sua vertit cælum & terras, misit me tibi celo splendido: ipse imperata me portare hæc tua mandata per lævæ arces. Quid paras, aut qua spe perdis otia in Libyæ regione? Si nullus splendor tantarum rerum te movet, nec suspici ipse laborem ad tuam laudem; attende ad Ascantium crescentem, & ad spes heredis Iuli: cui imperium Italiæ & Romana terra debentur. Talibus verbis loquutus Mercurius fugit aspectum humanum in medio sermone, & procul abiit ex oculis in lævæ arces. At vero *A*neæ suspensus visu obmutuit, & capilli præ horrore arrecti sunt, & vox stetit in gutture. Capiti exire fugiendo, & deserere gratam regionem.

N O T Æ.

259. *Magalia.*) Casas pastorum Libyæ, de quibus *Georg.* 3. 340.
261. *Stellatus jaspide sulva.*) Capulus gladii cum vagina geminis, quasi stellis inter punctus. De *jaspide* pretiosi lapilli coloribus multis Plinius l. 37. 5. Nulla ramen sulva tota agnoscitur: sed auro tantum distincta quasi pulvere. *Fulvus* aurem color mixtus est ex rufo & viridi, qualis est in leonibus.
262. *Tyrio murice læna.*) *Læna* Nonnio vestimentum est militare, quod supra omnia vestimenta aiumitur, sed facile errare potuit, & *lænæ* cum chlamyde confundere: liquidem *Varroni*, *Festo*, atque aliis *læna* vestimentum est duplex, infar duarum togarum, atque adeo oblongum, & bello parum commodum. Sacerdotalis fuit vestis: unde *Popilius Læna* appellatus est, quod ea indutus exiit et sacrificio ad seditionem sedandam.

- Attentus tanto monitu imperioque Deorum.
Heu! quid agat? quo nunc Reginam ambire furentem
Audeat affatu? quæ prima exordia fumat?
285 *A*tque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In parteseque rapit varias, perque omnia vestat.
Hæc alternanti potior sententia visa est.
Mnesthea, *Sergestum*que vocat, fortemque *Cloanthum*:
Classem aptent taciti, sociosque ad litora cogant,
290 *A*rma parent, & quæ sit rebus causa novandis,
Dissimulent: sese interea, quando optima Dido
Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,
Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. Ocius omnes
295 *I*mperio læti parent, ac iussa faciunt.
At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
Præsentit, motusque excepit prima futuros,
Omnia tuta timens. Eadem impia fama furenti
Detulit armari classem, cursumque parati.
300 *S*ævic inops animi, totamque incensa per urbem
Bacchatur: qualis commotis excita facris
Thyas, ubi auditio stimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore *Cithæron*.
Tandem his *A*neam compellat vocibus ultron:
305 *D*issimulare etiam sperasti, perfide, tantum

Poffe

territis tanto monitu & iussu Deorum. Heu! quid faciat? quo alioquo audeat circumvenire Reginam amantem? unde capiat primum initium? & nunc huc, nunc illuc distrahit animum, & trahit in diversas partes, & voluit per omnia. Hoc consilium totum est melius ponderanti. Vocat *Mnestheum*, & *Sergestum*, & sortem *Cloanthum*: jubetque ut instruant classem secreto, & congregent locatos ad litus, & præparent arma; & docent, quæ sit causa mutantiarum rerum: interim, dum bona Dido ignorat, & non suspicatur abumpi tantos amores, se quæsiturum aditus, & quæ tempora locum di erunt commodissima, quæ via negotii conficiendi tutissima. Celeriter omnes obe diunt læti mandato, & excipiuntur iussa. Sed *Regina* præsentit fraudem (qui possit decipere amantem?) & cogitavit primo tumultum futurum, & metuens omnia vel tutissima. Eadem famam novitiam amanti classem instruit, & parati discessum. Fuit impostum & inflammata bacchatur per totam urbem: qualis Baccha incitata excelsis simulacris, quando orgia triennialia stimulant eam auditio Baccho, & *Cithæron* innotiat eam nocturno tumultu. Denique ultron alloquitur *A*neam his verbis: Etiamne, o perfide, sperasti posse celare tantum.

N O T Æ.

sive hastis pampino atque hedera implicatis. 305. *Dissimulare*, &c.) Tres habet partes hæc oratio. PROPOSITIONEM, qua constituit non esse *A*neæ clam fugiendum, idque per interrogationem duobus precibus comprehendit. CONFIRMATIONEM per quinque rationes. I. *Æt. Amor.* 2. *Data decetere* & fides. 3. Pietas in morituram crudelitatem. 4. Incommoda itineris, *hyberno sedere*. 5. Comparatio a majori ad minus: Non peteres Trojam hæc conspescere, ergo multo minus arva aliena & domos ignotas. PERORATIONEM, sive affectum commotionem, in qua maxima vis est. Nam i. Obsecrationes adhibet per sacrificia & carissima quæque. 2. Comemorat beneficia, odium exterorum & suorum, ex in sum pudorem, famam amissam. 3. Exponit salutem suam & pericula, quibus ad mortem certissime adiget. 4. Videtur aliquid avertit concedere, ut vicissim aliquid obtineat, precatur saltem ut expectet, dum aliqua sibi inperit ex eo iboles.

Rr 2

310. Aqu-